



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs De Regimine Ecclesiae Episcopalis In Octo
Libros Distribvtvs**

Antonelli, Giovanni Carlo

Velitris, 1650

Svmmarivm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11401

21.q.3 supra citatum, & ita etiam tenent alij apud Ricc. d.ref.206.

Limita 2.in Episcopo, & monacho iuxta auth. Presbyteros C. de Episcop. & Cler. vbi etiam legitima tutela illis intardicitur. verum hec auth. correcta fuit per d. text: in cap. per zenit 86. dift. ut ibidem dicit glosa in ver. tutelas, vbi etiam notat, quod ad tutelam miserabilem personarum omnes Clerici, seu Monachi tenentur per tex. in o. episcopus gubernationem 88. dift.

14. An vero clerici possint aliquid lucrari ex honesto artificio? Resp. affirmatiue ex cap. nunquam de. Conseur. dift. 5.c. clericus. vietū, & cap. seq. 91. dift. etiam sine necessitate Genuens. in Prax. Archiepis. cap. 62. num. 12. ubi dicit, hanc esse magis communem Graff. par. 2. lib. 3. cap. 2. num. 26. Ricc. in Prax. p. 1. ref. 328. differt siquidem negotiatio ab artificio, quia negotiatio tunc dicitur, quando res empta non mutata forma alteri venditur: artificiu vero dicitur, quando prima forma totaliter est mutata, ut ibidem dicit Genuens. n. 2. & alij. vnde licitum est clericis emere vuam, ut vinum faciant, vel oliuas, ut oleum vendant Fer. qq. mor. par. 1. q. 94. numer. 3. & seq. Ricc. in Prax. p. 3. ref. 204. vel emere lanam, & ex ea pannum conficer, praesertim per interpositas personas Vulp. in Prax. iudic. d.c. 33. nu. 4. nisi artificium huiusmodi esset illicitum, aut non conueniens statui clericali, puta pelles, vel coria aptare, taxillos, & charcas lusorias, seu arma bellica conficer, & similia, quæ prohiben-

tur per clemen: 1. de Vit. & hon. cler. 15 ric. vnde quamvis possint clerici vendere etiam per minutum, & in dominibus ecclesiæ vinum recollectum in proprijs, aut beneficiorum possessionibus, hoc tamen non eis licet per seipso, sed per alios Genuens. d. cap. 62. num. 7: & 8. Ricc. in Prax. par. 1. ref. 328. Vulp. d. cap. 33. num. 10:

16. Ultimò notandum est, quod vt clericus dicatur negotiator, plures actus requiruntur: & ideo non sufficeret unius rei emptio, aut venditio glos. & Burt. in l. 1. §. licet ff. de Tribus. act. Ricc. in Prax. par. 1. ref. 328. & p. 3. ref. 203. Vulp. in Prax. iudic. cap. 33. nu. 9. & alij communiter.

S V M M A R I V M.

- 1 Qua poena plebitur qui non promotus sacramenta conficit, vel ministrat.
- 2 An eadem poena puniatur sacerdos, qui absque approbatione ordinarij presumit audire sacras confessiones.
- 3 Item an eandem poenam incurrat clericus sacerdos bis in die celebrans.
- 4 An laicus celebrans missam, vel audiens sacras confessiones incurrit irregularitatem.
- 5 An Episcopus possit dispensare in huiusmodi irregularitatibus.



CAP.